



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 22. Jesuitarum apologia adversus utramque censuram.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

nerali præcepisset, ut huic controver-  
 siæ absque fori strepitu per amica col-  
 loquia finem imponere satageret: sexta  
 autem post arreptum hoc consilium die,  
 seu decima nona ejusdem Mensis Middel-  
 burgensis Episcopus Archiepiscopo hæc  
 perscribat: „utinam hoc consilio jam  
 „tum usus fuisses, cum Gravius Doctor  
 „censuram exhiberet, ac priusquam  
 „Cameracensem Archiepiscopum ro-  
 „gasses, ut ejus opera Duacensis Uni-  
 „versitas sese Lovaniensi Academiæ  
 „jungeret: jam vero te demissus rogo,  
 „ut utrique parti silentium imponas,  
 „eo potiori nomine, quod sacra Sedes  
 „hoc negotium ad suum tribunal evo-  
 „casset.

## §. XXII.

*Jesuitarum apologia adversus utram-  
que Censuram.*

Enimvero Jesuitæ, cum funesta mala  
 ex omnibus hisce dissidiis oritura  
 præcognoscerent, supremum Societa-  
 tis suæ Moderatorem, aliosque Ami-  
 cos Romæ instigabant, ut summum  
 Pontificem eo adigerent, quatenus hu-  
 jus causæ cognitionem sibi soli refer-  
 vare vellet: interea vero, dum ha-  
 rum sollicitationum fructum præstola-  
 rentur, Pater Costerus Societatis Pro-  
 vincialis apologiam conscripsit, eamque

*Hist. Con-  
 trov. de  
 Auxil. l. 1.  
 c. 8. p. 19.*

Ll 2

misit



Sæcul. XVI.  
A.C. 1587.

misit Insulas ad quemdam Canonicum nomine Joannem Simonem, cui sigillatim omnes enarrabat rationes, ob quas hanc censuram fuisse pronuntiatam sibi imaginabatur, simulque describebat modum agendi, necnon aliamolimina, quorum ope ab utraque Academia unaomnes adversus Societatem concitatos comminifcebatur: postquam vero hujus epistolæ notitia ad juvenem quemdam Doctorem nomine Jacobum Bajum Michaelis Baji, qui Universitatis Cancellarius erat, Nepotem fuisset delata, hic ceteros Doctores ab impacta calumnia vindicare sollicitus scriptotenus Jesuitas accusabat, quod hocetumultus ex condemnata Cancellarij ejus Patruj doctrina, suscitatos criminentur, ipsi vero eandem Patris sui Lessii doctrinam Romæ anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto non sine magna fidelium offensione publice tradere non erubuerint, prout Hesselius in suis literis testatum reliquerat: insuper Jesuitis criminidabatur, quod ipsi asseruerint, a Scholis Catholicis sancti Augustini doctrinam de gratia, & Prædestinatione fuisse amandatam, ibidemque adversas traditopiniones, imo etiam tanquam furis acti Episcoporum, qui Universitatum censuras approbarunt, judicium convitiis



tiis proscindant: præterea hujus scripti **Sæcul. XVI.**  
 Auctor Jesuitas provocabat, ut ea, quæ **A.C. 1587.**  
 hisce Episcopis objiciebant, testimoniis  
 firmarent, de cetero autem potius Bel-  
 larmini sententiis insisterent.

Pater Provincialis ad hoc scriptum  
 mox ad eundem Canonicum Insulas  
 rescribens hæc respondit: „Mihi persu-  
 „sum habeo, quod Michaelis Baji do-  
 „ctrina omnium tumultuum causa ex-  
 „stiterit, nec hac de re dubitandum vi-  
 „detur, consideratis iis, quæ in hujus  
 „suspicionis testimonium fuere allegata:  
 „pernego tamen, quod Jesuitæ vel un-  
 „quam Catharini doctrinam Romæ tra-  
 „diderint, imo potius econtrario asse-  
 „vero, quod iidem semper illius opi-  
 „nionibus obstiterint, ac publice eas  
 „confutarint: censuram quoque esse ac-  
 „ceptatam inficior, ac contendo, nul-  
 „latenus dici posse, quod ea ab omni-  
 „bus Episcopis fuerit lata, cum Rure-  
 „mundanus, ac Middelburgensis eam  
 „rejecerint: præterea nego, unquam  
 „fuisse dictum, quod sancti Augustini  
 „doctrina e Scholis fuerit exulare jussa,  
 „quinimo eam admittendam, illiusque  
 „auctoritatem esse venerandam profi-  
 „teor, quamvis forte Lovanienses Do-  
 „ctores in modo hujus sancti Doctoris  
 „sensus explicandi hallucinentur: de  
 „cetero non sine injuria Jesuitæ ad Bel-  
 „lar-



Sæcul. XVI.  
A.C. 1587.  
„larmini opinionem remittuntur; hic  
„enim Auctor cum censuris nil com-  
„mune habet, præter opinionem, quæ  
„gratiam sufficientem restringit, & gra-  
„tiæ efficaciam constituit in quadam  
„motive determinante, brevi tamen  
„hic idem Scriptor mutata sententia  
„etiam Lovanii tradidit, quod gratia  
„sufficiens omnibus detur, & gratia effi-  
„cax non sit efficax motio voluntati in-  
„spirata, sed vocatio, circa quam Deus  
„voluntatem esse consensuram scit: de-  
„nique Jesuitæ negant, quod illorum  
„opinionem sancti Augustini doctrinæ  
„adversentur, nam potius ipsius aucto-  
„ritatem, ejusque testimonia, atque  
„dogmata contra Pelagii errores vene-  
„rantur.

## §. XXIII.

*Jesuitæ suas sententias circa gratiam,  
& Prædestinationem publice  
exponentes.*

*Epist. Reç.  
Coll. Soc.  
ad Arch.  
Mechin' 20.  
Martii 1588.* Insuper Jesuitæ suas opiniones circa  
gratiam, & Prædestinationem expo-  
nebant, contendentes, quod illorum  
doctrina veteris Scholæ Lovaniensis opi-  
nionibus consona foret, si vero ea ho-  
diernis illius sententiis adversetur, id  
ideo factum, quia Universitas alia ad-  
optavit dogmata: præterea alteram  
debat epistolam Mechliniensi Archi-  
episco-